



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Commvnio Sanctorvm. In Ecclesia [!] Catholica

Fide & praxi frequentata. Catholicis ad devotionem. Acatholicis ad informationem. Proposita Ex PP. Soc. Jesu

Coloniæ, 1654

SSS Tres Reges S. Andreas Epis. S. Macra V. 6. Ian.

urn:nbn:de:hbz:466:1-44916

1. Nato Domino tres Reges seu
Magi e suis regnis exciti adoraturi
aduenerunt ad cæli terræque Regem.
Hi gentium primitiæ cunctis exem-
plo præludent ad sedulam pietatem.
Corpora eorum post alia hospitia
Coloniæ quiescunt.

2. S. Andreas Corsinus ex Carme-
litarum ordine Episcopatus, B V. ut
deuotus, ita carus fuisse perhibetur,
nam primam Missam celebranti ipsa
cum Angelis adfuit, dicitans ei: Me-
am seruies seruitutem; eam cum ser-
uijset impensissime, obiit tempore à
se præcognito Anno 1375.

3. S. Macra V. in persecuzione Dio-
cletiani, iubente Rictio Varo præside
in ignem procipitata, abscisis dein-
de mamillis, carcere, testis acutis &
prunis cruciata, orans ad Dominum
victrix migravit.

SSS Tres Reges S. Andreas Epif.
S. Macra V. 6. Ian.



Deuotio,
Christus ab omnibus voluit agnosciri,
qui dignatus est pro omnibus nasci.
Leo.

Deus qui hodierna die Vnigenitum
tuum gentibus stella duce reuelasti:
Concede propitius, a qui jam te ex fi-
de cognovimus, vñque ad Contem-
plandam speciem tuæ celsitudinis
perducamur. Per D N I Chr. &c,
Ora pro Imperio Rom. &c